

### III.8.1.

[1r] In nomine Domini<sup>a</sup>. Anno a nativitate eiusdem millesimo sexcentesimo decimo octavo, indictione prima, die sabbati vigesimo octavo, mensis aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli, divina providentia pape quinti, anno decimo tertio.

Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus Federicus Borromeus sancte Romane ecclesie presbyter cardinalis<sup>b</sup> tituli Sancte Marie Angelorum in Thermis, sancte Mediolanensis ecclesie archiepiscopus in presentia mei infrascripti notarii ac testium infrascriptorum.

Voluntarie etc. et omnibus modis etc.

Gratis et amore et ex hic mera, simplici et spontanea voluntate et liberalitate remittens et quatenus opus sit et ita expediat omnes et quascunque causas ingratitude et omnes illas et singulas que alias forent valide et efficaces ad revocandam seu invalidandam presentem donationem et alia infra dicenda et statuenda et certificatus a se ipso etc., fecit et facit donationem inter vivos puram, meram et irrevocabilem a presentibus die et hora in antea valituram Bibliothecae Ambrosianae Mediolani et pro ea perillustris [1v] et magnificis reverendis dominis Iohanne Iacobo Terzago archipresbitero et Ludovico Bisutio canonico ordinario ecclesie metropolitane Mediolanensis, ambobus conservatoribus eiusdem Bibliothecae per venerandum capitulum ecclesie predicte metropolitane deputatis ibidem presentibus, mihi notario infrascripto nomine et vice dicte Bibliothecae et pro ea stipulantibus, acceptantibus et recipientibus etc.

Nominative de omnibus et quibuscunque iconis et tabulis depictis graffidibus cum suis coronidibus et ornamentis singillatim<sup>c</sup>, descriptis et annotatis in indice tenoris sequentis videlicet.

Ponatur vulgari sermone, signato A B C D E F G.

Item de omnibus et singulis iuribus etc.

Et hec omnia cum solemnibus tenore, cessione iurium et actionum, translatione domini et possessionis, positione dicte Bibliothecae in locum et statum dicti illustrissimi donantis solemniter constituto, constitutione missi et procuratoris in rem suam, salvo ut infra.

Hanc autem donationem fecit et facit cum legibus et conditionibus infrascriptis.

Primo, quod dicte icone et tabule picte<sup>d</sup> et graffides cum suis ornamentis perpetuo seu proprie dicte Bibliothecae Ambrosianae et perpetuis futuris temporibus retineantur beneque conserventur et custodiantur in eadem Bibliotheca [2r] vel in eius aulis, cameris et cubiculis ad Dei honorem et cultum publicamque utilitatem ac ipsius Bibliothecae dignitatem et ornamentum, salvo tamen ut infra.

2° Quod nullo unquam tempore, nec aliqua quavis de causa quamvis urgentissima et inexcogitata, nec aliquo quovis<sup>e</sup> consensu, vel aliqua quavis auctoritate dicte icone, tabule et graffides nec aliqua earum vendi, donari, permutari, pignorari, vel hypothecari, alienari, commodative, vel extra dictam Bibliothecam eiusque aulas, cameras et cubacula quovis pretexto extrahi possint, salvo ut infra.

3° Quod observari debeant ea, que per ipsum illustrissimum dominum cardinalem archiepiscopum quandocunque fuerint ordinata de, et super certo et peculiari usu, dictarum iconarum, tabularum et graffidium pro Academia pictorum, sculptorum et architectorum, in ipsam Bibliothecam, eiusque aulas, cameras et cubicula admittendis, si dictus illustrissimus dominus cardinalis archiepiscopus ob maiorem Dei cultum deliberaverit Academiam huiusmodi erigere et instituere ad sacrorum edificiorum, imaginum et statuarum usum.

[2v] 4° Idem illustrissimus dominus sibi reservavit et reservat facultatem apud se retinendi et a dicta Bibliotheca, eiusque edibus et locis extrahendi dictas iconas, tabulas et graffides omnes, vel aliquas, extractasque habendi et retinendi, idque toties, quamdiu et alias et prout sibi videbitur, eius tantum vita durante.

Quare etc., que omnia etc.

Et iuravit prefatus illustrissimus et reverendissimus dominus cardinalis archiepiscopus, manu ad pectus posita more ecclesiastico, presens instrumentum habere ratum et non contravenire etiam sub refectione etc.

Predicta autem fecit et facit prefatus illustrissimus et reverendissimus dominus Federicus cardinalis et archiepiscopus, quatenus opus sit et non aliter; et ad maiorem cautelam sub prelibati sanctissimi domini nostri pape et sancte sedis apostolice consensu et beneplacito, ad quem effectum et ex nunc.

Voluntarie et omnibus modis citrà revocationem fecit etc. fecit, constituit etc.

dominus Papirium Bartholum et Iohannem Baptistam Palmesianum absentes, tamquam presentes Romanam suriam sequentes et utrumque eorum in solidum, ita quod etc.

[3r] suos procuratores generales et speciales et quicquid melius etc.

specialiter et expresse ad procuratorio nomine prefati illustrissimi domini constituentis et pro eo impetrandum et obtinendum a prelibato sanctissimo domino nostro papa, de premissis quodcunque beneplacitum, assensum et confirmationem et superinde expediri faciendum quascunque litteras apostolicas in debita et consueta forma et sub censuris et penis ad maiorem premissorum firmitatem et executionem.

Et generaliter etc.

Dans etc.

Promittens etc.

et de predictis etc.

Actum in edibus solita residentia et audentia prefati illustrissimi domini cardinalis et archiepiscopi sitis in palatio archiepiscopali Mediolani, presentibus perillustri et reverendissimo iuris utriusque doctrina e domino Mario Antonino prothonotario apostolico eiusdem illustrissimi domini Vicario Generali, illustrissimus de Bernardis<sup>f</sup> iuris utriusque doctoris, dominis Hieronimo Castano decano et Benedicto Bebulco, canonico ordinario doctorali ecclesie metropolitane Mediolani, ac reverendo domino presbitero Melchione Casanova, rectore Sancti Ambrosii in Solariolo Mediolani, omnibus talibus idoneis etc.

<...>

[...] D. Le opere fatte con diligenza.

L'effigie di Santa Maria Maggiore con cornice di noce proffilata d'oro, alta due braccia e larga un'e mezzo, copiata assai bene da Antonio Fiamengo.

Il Cenacolo di Leonardo, copiato da quello che si vede nel monastero delle Gratie da maestro Andrea Bianchi detto il Vespino, lungo braccia tredici et alto un braccio e mezzo.

Una Madonna grande di Leonardo, copiata da maestro Andrea Bianchi detto il Vespino, sopra una tavola alta braccia tre, e once due, e larga due braccia, senza cornice.

Una Madonna con sant'Anna e Ch<r>isto bambino, che scherza con l'agnello, dipinta da maestro Andrea Bianchi detto il Vespino, non copiandola da altro quadro simile dipinto ma solo imitandola dal cartone di Leonardo. È senza cornice et alta braccia due e mezzo, e larga due.

Due teste d'apostoli, copiate da maestro Andrea Bianchi detto il Vespino dalle opere di Leonardo, in un sol pezzo alto un braccio e largo un e mezzo, senza cornici.

<...>

<sup>a</sup> *Nel margine sinistro Donatio inter vivos.* – <sup>b</sup> *Segue Borromeus depennato.* – <sup>c</sup> *Così nel testo.* – <sup>d</sup> *picte in interlinea.*  
– <sup>e</sup> *Segue contextu depennato.* – <sup>f</sup> *Segue dominis depennato.*